



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Canonicorum Regularium Ordinis S. Augustini Origines ac
Progressus, Per Italiam, Hispaniam, Galliam, Germaniam,
Belgium, aliasque orbis Christiani provincias**

Le Mire, Aubert

Coloniae Agrippinae, 1614

Capvt LXXIII. B. Mariae Monasterium In Austria, octauo lapide à Vienna.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11321

scopi Ratisbonensis. Obijt autem Henricus
 1142. Comes, anno Domini 1142. In illo monaste-
 rio sepultus dicitur fuisse *Comes Morspurgen-*
sis, cui etiam insignia Morspurgensia assignantur.

Cæterum Morspurgenses Comites, Ran-
 nigenfibus deficientibus, in iure aduocatiæ
 Paringensis monasterij successerunt.

CAPVT LXXII.

S. ZENONIS MONASTERIVM,
in Norico, apud Germanos.

CONRADVS Archiepiscopus Salisbur-
 genfis, nepos Babonis Comitis Aben-
 pergenfis, apud *Reichenhall* in Norico Cano-
 nicis regularibus S. Augustini collegium in-
 stituit, quod *S. Zenonis* vocât, primumq; Præ-
 positum ibi Lonzonē ordinauit. Obijt Con-
 radus postquam 46. annis laudabiliter Eccle-
 1147. siæ Salisburgensi præfuisset, anno 1147. vt
 Auentinus lib. 6. testatur.

CAPVT LXXIII.

B. MARIAE MONASTERIVM IN
Austria, octauo lapide à
Vienna.

LEopoldus Austriae Marchio, cognomē-
 to Pius, octauo ab inclyta Viennensi
 vrbe

vrbe lapide, Danubij littus (Agnētis, Germaniæ Imperatoris filiæ, coniugis flammeolum vento raptum, & per tantum spatium deuolans, locum ambigenti signauerat) exquisitæ pulchritudinis ædibus, (Ottone Pontifice primum, Principis rogatu, lapidem iacente) honorauit, attributo Dei parentis nomine. Quas sæcularibus clericis cum largo censu principiò donatas, post paulò, quod ij, quàm par esset, incuriosius rem suam agerent, Augustinianis monachis resignauit; atque vt id fixum & ratum perpetuò foret, abs *Innocentio II.* Pontif. Maxi. diplomata, quibus pleno ore *Leopoldus* laudatur, atque honoris ergo B. Petri filius appellatur, per nuntium imperauit.

CAPVT LXXIV.

REPDORPHENSE MONASTERIVM
in diœcesi Aistetensi, in Germania.

REBDORPHVM cœnobium elegans ad Altimulam, seu Almonum fluuium supra Aychstadium, post ipsam arcem Episcopalem in longè amœnissima valle situm, est fundatum atq; exstrui cœptū, anno Domini millesimo centesimo quinquagesimo sexto, 1156. sub Episcopo Aystetēsi *Conrado* à Morspeck, Friderici Imp. Confiliario, ab Imperatrice *Beatri-*